



**Feria VI per Annum
AD VESPERAS**




Schola Gregoriana Gedanensis




MODUS INCHOANDI VESPERAS.




DE-US in adju-tóri-um meum inténde. R̃. Dómine




ad adjuvándum me festína. Glóri-a Patri, et Fí-



li-o, et Spírítu-i sancto : Sicut erat in princí-




pi-o, et nunc, et semper, et in sæcu-la sæcu-



lórum. Amen. Alle-lú-ia.


Temp. Septuagesimæ,
omisso allelúia., post
Sicut erat. dicatur :

Laus




ti-bi Dómine, Rex ætérnæ glóri-æ.


Ant.
toni vij.



SUB tu-um præsi-di-um confúgimus, sancta



De-i Génitrix : nostras depreca-ti-ónes ne despi-



ci-as in ne-cessi-tá-tibus : sed a pe-rí-cu-lis cunctis



lí-bera nos semper Virgo be- ne-dícta.



Dómi-ne. *Ps.* probásti me et cogno-vísti me.



E u o u a e.



Alle-lú-ia. *Ps.* Dómi-ne. E u o u a e.

Psalmus 138, j

Dómine, probásti me, et cognovísti me: * tu cognovísti sessi-*onem* meam, et resurrecti-*onem* meam.

Intellexísti cogitati-*ones* meas de longe: * sémitam meam, et funí-cu-lum meum investi-gásti.

Et omnes vias meas prae-vidísti: * quia non est sermo in lingua mea.

Ecce, Dómine, tu cognovísti ómnia noví-*ssima*, et antí-*qua*: * tu formásti me, et posuísti super me manum tuam.

Mirábilis facta est sci-*entia* tua ex me: * confortáta est, et non pótero ad eam.

Quo ibo a spí-*ritu* tuo? * et quo a fácie tuá fú-*giam*?

Si ascéndero in caelum, tu illic es: * si descéndero in inférnum, ades.

Si sumpsero pennas meas dilúculo, * et habitávero in extrémis maris:

Etenim illuc manus tua dedú-*cet* me: * et tenébit me d-*extera* tua.


Et dixi: Fórsitan ténebræ

conculcábunt me: * et nox
illuminátio mea in delíciis meis.

Quia ténebræ non obscu-
rabúntur a te, et nox sicut
dies illuminábitur: * sicut

ténebræ ejus, ita et lumen
ejus.

Quia tu possedísti renes
meos: * suscepísti me de útero
matris meæ.



Ant. Dómi-ne, probásti me et cogno-vísti me.



Mi-ra-bí-li- a. *Ps.* Confi-tébor. E u o u a e.

Psalmus 138, ij

Confitébor tibi quia terri-
bíliter magnificátus es: *
mirabília ópera tua, et ánima
mea cognóscit nimis.

Non est occultátum os meum
a te, quod fecísti in occúlto: *
et substántia mea in inferióri-
bus terræ.

Imperféctum meum vidérunt
óculi tui, ⁊ et in libro tuo
omnes scribéntur: * dies for-
mabúntur, et nēmo in eis.

Mihi autem nimis honorificáti
sunt amíci tui, Deus: * nimis
confortátus est principátus eó-
rum.

Dinumerábo eos, et super

arénam multiplicabúntur: * ex-
surréxi, et adhuc sum tecum.

Si occíderis, Deus, pecca-
catóres: * viri sánguinem, de-
clináte a me:

Quia dícitis in cogitatióne: *
Accípient in vanitáte civitátes
tuas.

Nonne qui odérunt te, Dó-
mine, óderam? * et super
inimícos tuos tabescébam?


Perfécto ódio óderam illos: *
et inimíci facti sunt mihi.

Proba me, Deus, et scito
cor meum: * intérroga me, et
cognósce sémitas meas.

Et vide, si via iniquitátis in
me est: * et deduc me in via
ætérna.



Ant. Mi-ra-bí-li- a ó-pe-ra tu-a, Dómi-ne, et á-nima



me-a cognóscit nimis.



3. *Ant.*

IV a

Ne de-re-lín-quas me. *Ps.* E-ri-pe. E u o u a e.

Psalmus 139

Eripe me, Dómine, ab hómine malo: * a viro iníquo éripe me.

Qui cogitavérunt iniquitátes in corde: * tota die constituébant prælia.

Acuérunt linguas suas sicut serpéntis: * venénium áspidum sub lábiis eórum.

Custódi me, Dómine, de manu peccatóris: * et ab homínibus iníquis éripe me.

Qui cogitavérunt supplantáre gressus meos: * abscondérunt supérbi láqueum mihi:

Et funes extendérunt in láqueum: * juxta iter scándalum posuérunt mihi.

Dixi Dómino: Deus meus es tu: * exáudi, Dómine, vocem deprecationis meæ.

Dómine, Dómine, virtus salútis meæ: * obumbrásti super caput meum in die belli.

Ne tradas me, Dómine, a desiderio meo peccatóri: * cogitavérunt contra me, ne derelínquas me, ne forte exalténtur.


Caput circúitus eórum: * labor labiórum ipsórum opériet eos.

Cadent super eos carbónes, & in ignem dejícies eos: * in misériis non subsistent.


Vir linguósus non dirigétur in terra: * virum injústum mala cápient in intéritu.

Cognóvi quia fáciat Dómi-
nus iudícium ínopis, * et vin-
dictam páuperum.

Verúmtamen iusti confite-
búntur nómini tuo: * et habi-
tábunt recti cum vultu tuo.



Ant. Ne de-re-línquas me, Dómi-ne, virtus sa-lú-tis me-æ.



4. Ant.
VIII b

Dómi-ne. *Ps.* clamá-vi ad te, exáudi me. E u o u a e.

Psalmus 140

Dómine, clamávi ad te, ex-
áudi me: * inténde voci
meæ, cum clamávero ad te.

Dirigátur orátio mea sicut
incénsum in conspéctu tuo: *
elevátio mánuum meárum sa-
crificium vespertínium.

Pone, Dómine, custódiam
ori meo: * et óstium circum-
stántiæ lábiis meis.

Non declínes cor meum in
verba malítiæ, * ad excusándas
excusatiónes in peccátis.

Cum homínibus operántibus
iniquitátem: * et non commu-
nicábo cum eléctis eórum.

Corrípiet me justus in mise-
ricórdia, et increpábit me: *

óleum autem peccatóris non
impínguet caput meum.


Quóniam adhuc et orátio mea
in beneplácitis eórum: * absórpti
sunt juncti petræ júdices eórum.

Audient verba mea quóniam
potuérunt: * sicut crassitúdo
terræ erúpta est super terram.

Dissipáta sunt ossa nostra se-
cus inférnum: & quia ad te, Dó-
mine, Dómine, óculi mei: * in te
sperávi, non áuferas ánimam
meam.

Custódi me a láqueo, quem
statuérunt mihi: * et a scán-
dalis operántium iniquitátem.

Cadent in retiáculo ejus pec-
catóres: * singuláriter sum ego
donec tránseam.



Ant. Dómi-ne, cláma-vi ad te, ex-áudi me.

Capitulum

2 Thess. 3


Czytanie

2 Tes 3, 5

Dóminus dirigat corda et cór-
pora nostra in caritáte Dei
et patiéntia Christi.

Pan skieruje serca wasze ku
miłości Bożej i cierpliwości
Chrystusowej!

5. Ant.
III b



Educ. Ps. Voce me- a. E u o u a e.

Psalmus 141

Voce mea ad Dóminum clamávi: * voce mea ad Dóminum deprecátus sum:

Effúndo in conspéctu ejus oratióem meam, * et tribulatióem meam ante ipsum pronúntio.

In deficiéndo ex me spíritum meum, * et tu cognovísti sémitas meas.

In via hac, qua ambulábam, * abscondérunt láqueum mihi.

Considerábam ad dexteram, et vidébam: * et non erat qui cognósceret me.

Périit fuga a me, * et non est qui requírat ánimam meam.

Clamávi ad te, Dómine, * dixi: Tu es spes mea, pórtio mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecatióem meam: * quia humiliátus sum nimis.

Líbera me a persecuéntibus me: * quia confortáti sunt super me.

Educ de custódia ánimam meam ad confiténdum nómini tuo: * me expéctant justí, donec retríbuas mihi.




Ant. Educ de custó-di- a á-nimam me- am, Dómi- ne, ad



confi-téndum nómi-ni tu- o.


T. Pasch.
Ant.




Alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle- lú-ia.




Lu-cis Cre-á-tor óptime, Lucem di-é-rum pró-fe-rens,




Primórdi-is lu-cis novæ Mundi pa-rans orí-ginem: 2. Qui




mane junctum véspe-ri Di-em vocá-ri præci-pis: Tetrum




cha-os il-lá-bi-tur, Audi pre-ces cum flé-ti-bus. 3. Ne mens




gravá-ta crí-mi-ne Vi-tæ sit exsul mún-e-re: Dum nil pe-




rénne có-gi-tat, Se-sé-que culpis il-li-gat. 4. Cæ-ló-rum pul-



set íntimum, Vi-tá-le tollat præmi-um: Vi-témus omne



nóxi-um, Purgémus omne péssimum. 5. Præsta Pa-ter pi-




issime, Patrí-que compar Uni-ce, Cum Spí-ri-tu Parácli-to



Regnans per omne sæcu-lum. A-men.

Ÿ. Dirigatur, Dómine, oratio mea.


℞. Sicut incensum in conspéctu tuo.




Depó-su- it Dominus po-tén-tes de se- de et ex-




altá-vit húmi- les. *Cant. Magní- fi-cat. E u o u a e.*




MAGNI-FICAT * á-ni-ma me-a Dóminum. 2. ET




exsul-tá-vit spí-ri-tus me-us * in De-o sa-lu-tá-ri




me-o. 3. QUI-A respéxit humi-li-tátem an-cíllæ su-æ: *



ecce enim ex hoc be-á-tam me dicent omnes gene-



ra-ti-ó-nes. 4. QUI-A fe-cit mi-hi magna qui potens



est: * et sanctum nomen e-jus. 5. Et mi-se-ri-córdi-a

e-jus a progé-ni-e in pro-gé-ni-es * timén-ti-bus

e-um. 6. FE-CIT po-ténti-am in bráchi-o su-o : *

dispérsit supérbos mente cordis su-i. 7. DE-PO-SU-IT

po-téntes de se-de, * et ex-al-tá-vit húmi-les.

8. E-SU-RI-ENTES implévit bonis : * et dí-vi-tes di-


mí-sit in-ánes. 9. SUSCEPIT Isra-el pú-e-rum su-um, *

recordá-tus mi-se-ri-córdi-æ su-æ. 10. SICUT lo-cú-tus

est ad patres nostrós, * Abraham, et sé-mi-ni e-jus


in sæcu-la. 11. GLORI-A Pa-tri, et Fí-li-o, * et Spi-

rí-tu-i sancto : 12. SICUT e-rat, in princí-pi-o, et




nunc, et semper, * et in sæcu-la sæcu-lórum. Amen.

Preces:




KYRI-E eléison. Christe eléison. Kyri-e eléison.


Pater noster. secreto. Deinde dicatur ab Hebdomadario:



Et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. R̃. Sed líbe-ra




nos a ma-lo.



Dóminus vobíscum. R̃. Et cum spírítu tu-o. Orémus.

Orario priopria vel de Dominica præcedentii.



Ceteris
diebus :

BENEDICAMUS Dómino. R̃. DE-o gráti-as.